The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

# Aduentus Domini a
## cum uariis

Nulla causa ueniendi Christo Domino nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera et nulla est causa medicine. Venit ergo de celo magnus medicus quia per totum ubique iacebat egrotus. Genus ergo humanum totum perierat ex quo peccauit unus in quo totum erat. Ideo uenit unus sine peccato qui saluos faceret omnes sine peccato. Non enim eum de celo ad terram merita nostra, sed peccata traxerunt.

Augustinus super Iohannem et in glossa I. Timothei I.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

Christo *om*. C; est causa] causa est P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; Iohannem] III. *add*. (*del*. *intra*) M; I.] 5. $L^1$ $L^2$